



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio CLVI. De incontinentia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)



quaritur in matrimonio, ad quatuor continentia virginali, vel viduali, vt supra dictum est. \* Alio modo potest intelligi secundum quod, nomen continentie sumitur communiter pro omni abstinencia a rebus illicitis: & sic dicitur qd omnis ponderatio non est digna animae continentis, quia non respicit aestimationem auris vel argenti, quae commutatur ad pondus.

AD SECVNDVM dicendum, qd magnitudo concupiscentiae, seu debilitas eius, ex duplici causa procedere potest. Quandoque enim procedit ex causa corporali. Quidam enim ex naturali complexione sunt magis proni ad concupiscendum quam alij. Et iterum quidam habent opportunitates delectationum concupiscentiam inflammantes magis paratas quam alij: & talis debilitas concupiscentiae diminuit meritum, magnitudo vero auget. Quandoque vero debilitas, vel magnitudo concupiscentiae provenit ex causa spiritali laudabili, puta, ex vehementia charitatis, vel fortitudine rationis, sicut est in homine temperato: & hoc modo debilitas concupiscentiae auget meritum ratione suae causae, magnitudo vero minuit.

AD TERTIVM dicendum, qd voluntas propinquoior est rationi, qd vis concupiscibilis. Vnde bonum rationis ex quo virtus laudatur, maius esse ostenditur ex hoc, qd pertingit non solum vsque ad voluntatem, sed etiam vsque ad vim concupiscibilem, quod accidit in eo qui est temperatus, quam si pertingat solum ad voluntatem, ut accidit in eo qui est continens.

Super Questionis consuequingua- gismas extra Aristotum primum.

QVAESTIO CLVI.

De incontinentia, in quatuor articulos diuisa.

OSTEA considerandum est de incontinentia.

ET circa hoc quaruntur quatuor.

Primo, Vtrum incontinentia pertineat ad animam, vel ad corpus.

Secundo, Vtrum incontinentia sit peccatum.

Tertio, De comparatione incontinentiae ad interperantiam.

Quarto, Quis sit turpior, vtrum incontinens ira, vel incontinens concupiscentiae.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum incontinentia pertineat ad animam, an ad corpus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod incontinentia non pertineat ad animam, sed ad corpus. Diuersitas enim sexuum non est ex parte animae, sed ex parte corporis: sed diuersitas sexuum facit diuersitatem circa incontinentiam. dicit enim Philosoph. 7. Ethic. \* quod mulieres non dicuntur neque continentes, neque incontinentes, ergo incontinentia non pertinet ad animam, sed ad corpus.

Prat. Id quod pertinet ad animam non sequitur corporis complexiones: sed incontinentia sequitur corporis complexionem. dicit enim Philo. in 7. Ethic. \* qd

A maximè acuti, idest, cholericis, & melancholicis, secundum irrefrenatam concupiscentiam sunt incontinentes. ergo incontinentia pertinet ad corpus.

Prat. Victoria magis pertinet ad eum qui vincit: quam ad eum qui vincitur: sed ex hoc dicitur aliquis esse incontinens, quod caro concupiscens aduersus spiritum superat ipsum. ergo incontinentia magis pertinet ad carnem, quam ad animam.

SED CONTRA est, quod homo differt a bestiis principaliter secundum animam. Differt autem secundum rationem continentiae & incontinentiae. Bestias enim dicimus neque continentes, neque incontinentes, vt patet per Philosophum in 7. Ethicor. \* ergo incontinentia maximè est ex parte animae.

RESPON. Dicendum, quod vnumquodque attribuitur magis ei quod est causa per se, quam ei quod solum occasionem praestat.

Id autem quod est ex parte corporis, solum occasionem praestat incontinentiae. Ex dispositione enim corporis potest contingere, quod insurgant passiones vehementes in appetitu sensitivo, qui est virtus corporis organici: sed huiusmodi passiones quantumcumque vehementes, non sunt sufficiens causa incontinentiae, sed occasio sola, eo quod durante vsu rationis semper homo potest passionibus resistere. Si vero passiones adeo insurgant, quod totaliter auferant vsum rationis, sicut accidit in his, qui propter vehementiam passionum amentiam incurrunt, non remanebit ratio continentiae, neque incontinentiae: quia non saluatur in eis iudicium rationis, quod continens seruat, & incontinens deserit. Et sic relinquatur quod per se causa incontinentiae sit ex parte animae, quae ratione passionibus non resistit.

Quod quidem fit duobus modis, vt Philosophus dicit in 7. Ethicorum. \* Vno modo, quando anima passionibus cedit antequam ratio consilieret: quae quidem vocatur irrefrenata incontinentia, vel prauiolatio. Alio modo, quando non permanet homo in his, quae consiliata sunt, eo quod debiliter est firmatus in eo quod ratio iudicauit: vnde & haec incontinentia vocatur debilitas. Et sic patet, quod incontinentia principaliter ad animam pertinet.

Secunda Secundae S. Thomae. BBB 2 spon-

perans, & vincens est causa per se eius quod est irrefrenata, & vincit: sed passio est per se superans, & vincens voluntatem quae contra tendit. ergo. Et illud, inquit Martinus, patet quod non sufficienter probat conclusionem, hinc scilicet, qd incontinentia non est corporis, sed animae. Thomas, per illud medium, quod passio non est causa per se, sed occasio tantum.

Ad haec dicitur, qd si quis penetrat quo pacto appetitus sensitivus est motiuus voluntatis, facile haec soluet. Penetrabit autem hoc, qui intuitus fuerit doctrinam auctoris in praecedenti lib. q. 9. art. 2. vbi docetur, quod sicut homo frigus ex hoc ipso quod friget, mouetur ad volendum locum calidum: ita homo in passione existens, ex hoc ipso quod est sic dispositus secundum illam passionem, mouetur ad volendum quod consonat homini sic disposito, puta, ad puniendum si est iratus, ad venera si est ardens &c. Et ratio ibi assignatur, quia hinc scilicet ex dispositione hominis, seu subiecti fit ut aliqd sit, vel appareat conueniens illi quod cessante illa dispositione non est aut appareat conueniens: quoniam conueniens ex parte vtriusque potest oriri extremi, scilicet vel ex dispositione subiecti, vel ex natura obiecti. Et sic, ut ibi dicitur, dispositio subiecti redundat in obiectum faciendo ipsum esse, vel apparere p tunc conueniens. Et sic patet, quod passio valde remota mouet voluntatem, scilicet disponendo subiectu, & inde conueniente conuenientia in obiecto motiuo voluntatis, non necessitando tamen ipsam. Vnde merito non per se causa, sed occasio dicitur passio incontinentiae, quae est actus voluntatis. Et cum dicitur, Causa per se impellens & inclinans &c. re-

Lib. 7. cap. 7. a medio, & cap. 6. declinando ad finem, tom. 1.

D. 98.

Lib. 7. cap. 7. non procedit ad finem, tom. 1.



spondeur negando minorem, proprie loquendo, quia passio impellit quidem & inclinat non per se, sed mediante subiecto, quod disponit, & convenientia quae est ex subiecto iam disposito confurgit. Sicut frigus impellit hominem ad eundem ad calidum non per se, sed occasione antecedentis, hoc solum dicitur, quod etiam in corpore manifestat actum incontinentiae: quoniam non est imputandum, quod in voluntate incontinentis fit uinci, & sperari sine consensu in illud, ad quod passio inclinat, ut Martinus fingere videtur, sed ut auctor dixit, est ibi electio, ac per hoc consensus, ita quod hoc est uinci, eligere ex vehementia passionis.

Loco citato in argumto.

Ad primam probationem negatur, quod voluntas non sit per se sufficiens causa incontinentiae in non habente habitum incontinentiam. Nam sicut voluntas frigescens hominis est sufficiens, & per se causa eundi ad ignem, seu solem: ita voluntas existens in passione est per se sufficiens causa volendi tale delectabile. Causae enim disponentes subiectum, occasiones sunt volendi non per se, concausae volendi. Unde & auctor in litera probat hoc: quia quandiu manet vis rationis, voluntas libere potest in utrumque oppositum.

In solutio- ne praec.

Ad secundum negatur minor, quia passio non est per se vincens & superans, sed occasionaliter uoluntatem, quae non aliter superatur nisi quia libere uult: ad quod volendum passio disponit. Unde pater, quod auctor sufficienter probauit incontinentiam esse non corporis, sed animae, per illud medium: quia passio est occasio, & uoluntas est per se causa incontinentiae.

Supr. quaest. 85 ar. 3. co.

\* Lib. 3. cap. 28. parum a principio to mo 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod anima humana est corporis forma, & habet quasdam vires corporeis organo utentes, quarum operationes aliquid conferunt etiam ad illa opera anima, quae sunt sine corporeis instrumentis, id est, ad actum intellectus & uoluntatis, in quantum scilicet intellectus a sensu accipit, & uoluntas impellitur a passione appetitus sensitui. Et secundum hoc, quia forma secundum corpus habet quandam debilem complexionem, fit ut in pluribus, quod & etiam debiliter inhaereat quibuscumque inhaeret: & si raro in aliquibus aliter accidat, secundum illud Prouerb. ultimo. Mulierem fortem quis inueniet? Et quia id quod est paruū, vel debile, reputatur quasi nullū, inde est quod Philosophus \* loquitur de mulieribus, quasi non habentibus iudicium rationis firmum, quamuis in aliquibus mulieribus contrarium accidat. Et propter hoc dicit, quod mulieres non dicimus continentes, quia non ducuntur quasi habentes solidam rationem, sed ducuntur quasi de facili sequentes passiones.

AD SECUNDVM dicendum, quod ex impetu passionis contingit, quod aliquis statim passionem sequatur ante consilium rationis. Impetus autem passionis prouenire solet vel ex uoluntate, sicut in cholericis: vel ex uoluntate, sicut in melancholicis, qui propter terrestrem complexionem uoluntate inflammatur: sicut contrario contingit, quod aliquis non persistat in eo, quod consiliatum est ex eo, quod debiliter inhaeret propter molliorem complexionem, ut de mulieribus dictum est. \* Quod etiam uidetur in phlegmaticis contingere propter eandem causam, sicut etiam in mulieribus. Hoc autem accidit in quantum ex complexione corporis datur aliqua incontinentiae occasio, non autem causa sufficiens, ut dictum est. \*

AD TERTIVM dicendum, quod concupiscentia carnis in eo qui est incontinentis, superat spiritum non ex necessitate, sed per quandam negligentiam spiritus non resistens fortiter.

ARTICVLVS III: Vtrum incontinentia sit peccatum.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod incontinentia non sit peccatum: quia ut Aug. dicit in lib. de li. arb. \* nullus peccat in eo, quod vitare non potest: sed incontinentiam nullus potest ex seipso

vitare, secundum illud Sap. 8. Scio quod non possum esse continens, nisi Deus det. ergo incontinentia non est peccatum.

¶ 2. Praeterea. Omne peccatum in ratione uidetur consistere: sed in eo qui est incontinentis, vincitur iudicium rationis. ergo incontinentia non est peccatum.

¶ 3. Praeterea. Nullus peccat ex eo, quod Deum uolenter amat: sed ex uehementia diuini amoris: aliquis fit incontinentis, dicit enim Dionys. 4. cap. de diu. no. quod Paulus per incontinentiam diuini amoris dixit. Vno ego, iam non ego. ergo incontinentia non est peccatum.

SED CONTRA est, quod conuenerunt alijs peccatis. 2. ad Timoth. 3. ubi dicitur, criminatores, incontinentes, immites &c. ergo incontinentia est peccatum.

RESPON. dicendum, quod incontinentia potest attendi circa aliquod tripliciter. Vno modo, proprie & simpliciter, & sic incontinentia attenditur circa concupiscentiam delectationum tactus, sicut & intemperantiam, ut supra dictum est. \* de continentia: & hoc modo incontinentia est peccatum ex duplici ratione. Vno modo ex eo, quod incontinentes recedat ab eo quod est secundum rationem. Alio modo, ex eo, quod se immergit quibusdam turpibus delectationibus. Et ideo Philosophus dicit in 7. Ethicorum, \* quod incontinentia vituperatur non solum ut peccatum, a quod scilicet est per recessum a ratione, sed etiam per malitiam quaedam, in quantum prauas concupiscentias sequitur.

Alio modo, incontinentia attenditur circa aliquid, proprie quidem in quantum homo recedit ab eo quod est secundum rationem, sed non simpliciter, puta, cum quis non seruat modum rationis in concupiscentia honoris, diuitiarum, & aliorum huiusmodi, quae secundum se uidentur esse bona: circa quae non est incontinentia simpliciter, sed secundum quod sicut supra de continentia dictum est. \* Et sic incontinentia est peccatum non ex eo, quod aliquis generat se prauis concupiscentiis, sed ex eo quod non seruat modum debitum rationis, etiam in concupiscentia rerum per se appetendarum. Tertio modo, incontinentia dicitur esse circa aliquid non proprie, sed secundum similitudinem, puta, circa concupiscentias eorum, quibus non potest ab



venereat, ut delectabilia cibi & potus, statim, inquam, malitiam, seu pravitatem, seu vitium aliquod intelligimus. Et haec vocantur appetibilia propter necessitatem; inquam scilicet necessitas corporis ea requirit propter indiduum, vel speciem. Quaedam vero sunt, quorum studia simpliciter & absolute non sunt mala; sed solum si ex-

pluribus superfluitas. Studiosos enim honoris, gloriae, victoriae, filiorum &c. cum dicimus, nullo afficiuntur eos vitio, immo studia haec laudabilia censemus; & haec vocantur per se appetibilia. Et hinc patet, quare concupiscentiae venerorum dicantur pravae, hoc est, vitiosae, & concupiscentiae honoris non: quia studere illis delectabilibus est peccatum, studere autem istis non. Et licet secundum veritatem in veritate solz immoderate concupiscentiae sint pravae, studium illarum tamen importat immoderationem, quam non importat studium istorum. Patet etiam duplex illa ratio peccati in incontinentia simpliciter, quia scilicet errat, & in concupiscentia; quae sunt de genere pravorum studiorum, declinat. Incontinentia autem secundum quid, puta, honoris, solum errat, qui non declinat in concupiscentiam, quae sunt de genere pravorum studiorum. Et hoc intendit author cum Aristotele per hanc litteram.

ARTICVLVS III.

Utrum incontinens plus peccet, quam intemperatus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod incontinens

¶ In eodem secundo articulo dubium occurrit circa incontinentiam secundo modo: quoniam in littera dicitur, Circa haec attenditur incontinentia proprie quidem, sed non simpliciter. In septimo autem ethicorum Aristot. dicitur huiusmodi incontinentiam respectu honoris &c. esse incontinentiam secundum similitudinem. Si enim habet rationem incontinentiae secundum similitudinem, ergo non proprie: & si proprie, ergo non secundum similitudinem. Et rursus si secundum similitudinem, ergo incontinentia tertio modo posita in littera, quae dicitur incontinentia secundum similitudinem, coincidit cum incontinentia secundo modo: quia utraque habet incontinentiam rationem secundum similitudinem. ¶ Ad hoc breviter dicitur, quod accidit hic & quocumque de similitudine. Nam author loquitur de similitudine metaphorica, & ideo distinguit incontinentiam proprie contra incontinentiam per similitudinem, hoc est, metaphorice, ut manifeste exponitur in littera, similitudine quadam proportionali. metaphorice dicitur incontinentiam respectu mali, & respectu boni, respectu vitij, & respectu virtutis. Arist. vero loquitur de similitudine proportionali, hoc est analogica proprie, diminuta tamen. Et ideo distinguit incontinentiam simpliciter contra incontinentiam diminutam; & manifestat intentum suum exemplo, sicut malum dicitur de homine, & de medico. Dicitur enim & homo malus, & medicus malus. Sed qui dicitur malus homo, dicitur malus simpliciter, id est sine additione aliqua: qui vero dicitur malus medicus, non propterea dicitur simpliciter malus, sed cum additione, scilicet medicus. Vbi manifeste patet malum dici de medico proprie,

plus peccet quam intemperatus. Tanto enim aliq. videtur gravius peccare, quanto magis contra conscientiam agit, secundum illud Luc. 12. Servus sciens voluntatem domini sui & non faciens, plagis vapulabit multis &c. sed incontinens magis videtur agere contra conscientiam quam intemperatus: quia ut dicitur 7. Ethic. \* Incontinens sciens quam prava sunt quae concupiscit, nihilominus agit propter passionem: intemperatus autem iudicat ea quae concupiscit esse bona. ergo incontinens gravius peccat quam intemperatus.

¶ 2. Præ. Quanto aliquod peccatum gravius est, tanto videtur esse minus sanabile, unde & peccata in Spiritum sanctum sunt gravissima, & dicuntur esse irremissibilia: sed peccatum incontinentiae videtur esse insanabilius quam peccatum intemperantiae. Sanatur enim peccatum alicuius per admonitionem & correctionem, quae nihil videtur conferre incontinenti, qui seipsum male agere, & nihilominus male agit: intemperato autem videtur quod bene agat, & sic aliquid ei conferre posset admonitio, ergo videtur, quod incontinens gravius peccet quam intemperatus.

¶ 3. Præ. Quanto aliquis ex maiori libidine peccat, tanto gravius peccat: sed incontinens peccat ex maiori libidine quam intemperatus, quia incontinens habet vehementes passiones & concupiscentias, quas non semper habet intemperatus, ergo incontinens magis peccat quam intemperatus.

magis se pronos ad incontinentiam sentiunt quam ante. Tertio, quia secundum Thomam incontinentia pertinet ad voluntatem, & non dicitur præcise actum: quia sicut virtus est habitus, ita & vitium. Et propterea, inquit Martinus, voluntas incontinentis inclinatur ex proprio habitu ad peccandum, quia ad non resistendum passionibus, sed non inclinatur ad sequendum concupiscentias malas & turpes, quia inclinari ad talium electionem est intemperantia. ¶ Ad hoc dubium non ex alijs quam ex supradictis principijs dicitur, quod error hic accidit quod non distinguitur quod ad rem inter habitum & dispositionem, nec distinguitur quod ad modum operandi inter inclinari per modum habitus, & per modum passionis. Incontinentia namque non est habitus, sed dispositio. Unde & in littera hac distinguitur incontinens ab intemperato per facile & difficile mobile: quia passio cito transit, ac per hoc circa eius pugnam proportionaliter respondet dispositio. Habitus autem est difficile mobilis, cuius signum est, quod incontinentem statim comitatur poenitentia. Comparatur etiam in littera ex Aristotele 7. Ethicor. Incontinentia febri accessoria: intemperantia autem phisica. Similiter incontinens inclinatur & operatur per modum passionis, ut exemplum de febre accessoria manifestat: intemperatus autem per modum habitus, ut exemplum de phisico manifestat.

¶ Ad primam ergo Martini objectionem dicitur, quod ex frequentatis actibus incontinentis generatur in eius voluntate, non habitus, Secunda Secunda S. Thomae. B B B sed

A & secundum analogiam ad malum hominem: quia ita est aliquis medicus malus sicut homo malus. Nam ut homo malus ad opus proprium hominis se habet, sic malus medicus ad opus proprium medico. Apparet etiam diminutio quedam ex hoc ipso, quod inde simpliciter, hinc cum appositione tantum mali ratio inferatur, dicendo, Est homo malus, ergo est malus. Et est medicus malus, ergo est malus medicus: & non, ergo est malus. Sic autem est in proposito: quoniam valet sequela, est incontinens venerorum, ergo est incontinens: & non valet, est incontinens honoris, ergo est incontinens, sed ergo est incontinens honoris. Unde nulla est auctoritas ab Aristotele dissentio.

¶ Super Questionis 156. Articulum tertium.

¶ N artic. 3. eiusdem questionis 156. dubium ex Martino in questione de incontinentia occurrit dicere, quod ista ratio S. Thomae pari videtur calumnia in hoc, quod voluntas incontinentis inclinari dicitur ad peccandum ex passione tantum & non ex habitu. Nam si intelligat quod ex frequentatis incontinentie actibus non generatur aliquis habitus, videtur falsum. Et primo, contra totam Philosophiam moralem clamat quod ex frequentatis actibus generatur habitus maxime in subiecto non habente habitum contrarium. Secundo, quia hoc est contra experientiam, quia post frequentatos incontinentie actus, magis se pronos ad incontinentiam sentiunt quam ante.

¶ Ad hoc dubium non ex alijs quam ex supradictis principijs dicitur, quod error hic accidit quod non distinguitur quod ad rem inter habitum & dispositionem, nec distinguitur quod ad modum operandi inter inclinari per modum habitus, & per modum passionis. Incontinentia namque non est habitus, sed dispositio. Unde & in littera hac distinguitur incontinens ab intemperato per facile & difficile mobile: quia passio cito transit, ac per hoc circa eius pugnam proportionaliter respondet dispositio. Habitus autem est difficile mobilis, cuius signum est, quod incontinentem statim comitatur poenitentia. Comparatur etiam in littera ex Aristotele 7. Ethicor. Incontinentia febri accessoria: intemperantia autem phisica. Similiter incontinens inclinatur & operatur per modum passionis, ut exemplum de febre accessoria manifestat: intemperatus autem per modum habitus, ut exemplum de phisico manifestat.

¶ Ad primam ergo Martini objectionem dicitur, quod ex frequentatis actibus incontinentis generatur in eius voluntate, non habitus, Secunda Secunda S. Thomae. B B B sed



sed dispositio, qua nunquam transire potest in habitum, sicut nec albedo in nigredinem. Et ultra hoc ex huiusmodi actibus habilitatur concupiscibilis ad hoc ut in ea generetur in temperantia, ex qua voluntas in temperati inclinatur ad turpia prosequenda. Et sic voluntas incontinentis inclinatur non ex habitu, sed ex dispositione: quod in idem redit cum eo quod dicitur in littera, scilicet ex passione. Nam dispositio quam passio causat, est facile mobilis, & dispositio illa non nisi per modum passionis & insurgente passione inclinatur, cuius locuples restis est poenitentia statim sequens, cessante passionis impetu. Voluntas autem temperati inclinatur, ut in littera dicitur, ex propria delectatione, hoc est, per modum eligentis & propria principia electionis, quae sunt intentio finis, quae apud temperatum iam est mala, & consilium quod iam ex temperantia quietum est. Et caueto hic Nouitiae fallaris, cum in littera dicitur, quod in temperati voluntas inclinatur ad peccandum ex propria electione, quae procedit ex habitu per consuetudinem acquisito. Fallaris namque si intelligas ex habitu per consuetudinem acquisito in voluntate, ut patet ex supradictis de subiecto temperantiae: quoniam ipsa non in voluntate, sed in concupiscibili appetitu est subiectiue. Intelliges autem recte, si intelligas quod in temperati voluntas inclinatur ex electione procedente ex habitu acquisito in appetitu concupiscibili: quod qualiter fiat, superius factis declaratum fuit. Cum igitur clamor moralis Philosophia, quod ex frequentatis actibus generantur habitus, sumitur habitus pro prima specie qualitatis, & non ut distinguitur contra dispositionem.

Ser. 11. post medium, to. mo 10.

Lib. 7. cap. 8. in princ. to. mo 5.

Lib. de duabus animabus, cap. 10. & 11. to. 6.

Lib. 7. cap. 7. in princ. to. mo 5.

SED CONTRA est, quod impunita aggrauat omne peccatum. Vnde Aug. in lib. de ver. Dñi, \* dicit quod impunita est peccatum in Spiritum sanctum: sed sicut Philosophus dicit in 7. Ethic. \* intemperatus non est penitius, immanet aut electioni, incontinentes autem ois est penitius, ergo intemperatus grauius peccat, quam incontinentes.

RESPON. Dicendum, quod peccatum secundum Aug. \* precipue in voluntate consistit. Voluntas enim est qua peccatur, & recte uiuitur. Et ideo ubi est maior inclinatio voluntatis ad peccandum, ibi est grauius peccatum. In eo autem qui est in temperatus, voluntas inclinatur ad peccandum ex propria electione, quae procedit ex habitu per consuetudinem acquisito. In eo autem qui est incontinentes, voluntas inclinatur ad peccandum ex aliqua passione. Et quia passio cito transit, habitus autem est qualitas difficile mobilis, inde est quod incontinentes statim poenitet transeunte passione, quod non accidit de in temperato, quinimmo gaudet se peccasse, eo quod operatio peccati est sibi facta connaturalis secundum habitum. Vnde de his dicitur Proverb. 2. quod latantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Vnde patet quod in temperatus est multo peior, quam incontinentes, ut etiam Philosophus dicit in 7. Ethicor. \*

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ignorantia intellectus, quandoque quidem praecedit inclinationem appetitus, & causat eam, & sic quanto est maior ignorantia, tanto magis peccatum dimittit, vel totaliter excusat, in quantum causat inuoluntarium. Alio modo eorum ignorantia rationis sequitur inclinationem appetitus, & talis ignorantia, quanto est maior, tanto peccatum est grauius, quia ostenditur inclinatio appetitus esse maior. Ignorantia autem tam incontinentis quam in temperati prouenit ex eo, quod appetitus est in aliquid inclinatus, siue per passionem, sicut in incontinentes: siue per habitum, sicut in temperato: maior autem ignorantia causatur ex hoc in temperato, quam in incontinentes. Et uno quidem modo quantum ad durationem, quia in incontinentes durat illa ignorantia solum passione durans: sicut accessio febbris tertianae durat durante commotione humoris, ignorantia autem in temperati durat assidue propter permanentiam habitus. Vnde assimilatur phthisica, vel cuiusque

morbo continuo, ut Philosophus dicit in 7. Ethicor. \* Alio autem modo est maior ignorantia in temperati, quantum ad id quod ignoratur. Nam ignorantia incontinentis attenditur quantum ad aliquid quod particulare eligibile, prout scilicet estimat hoc nunc esse eligendum. Sed in temperati habet ignorantiam circa ipsum finem in quantum scilicet iudicat hoc esse bonum, ut irrefrenare concupiscentias sequatur. Vnde Philosophus dicit in 7. Ethic. \* quod incontinentes est melior in temperato, quia uiuatur in eo optimum principium scilicet recta estimatio finis.

AD SECUNDUM dicendum, quod ad nationem incontinentis non sufficit sola cognitio, sed requiritur interius auxilium gratiae concupiscentiae mitigantis, & adhibetur etiam exterius remedium admonitionis & correctionis, ex quibus aliquis incipit concupiscentias resistere, et quo concupiscentia debilitatur, supra dictum est. \* Et istem etiam modis potest sanari in temperatus, sed difficilius est eius sanatio propter duo, quorum primum est experientia, quae corrupta est circa estimationem ultimi finis, quod se habet sicut principium in demeriturus. Difficilius autem reducere ad veritatem ille qui errat circa principium, & similiter in operariis incipit, qui errat circa finem. Aliud autem est ex parte inclinationis appetitus, quae in in temperato est ex habitu, qui difficile tollitur, incontinentes autem incontinentes est ex passione, quae facilius reprimi potest.

AD TERTIUM dicendum, quod libidinis voluntas, quae auget peccatum, maior est in in temperato quam in incontinentes, ut ex dictis patet. \* Sed libido est concupiscentiae appetitus scilicet ui, quandoque maior est in incontinentes, quia incontinentes non peccat, nisi a graui concupiscentia: sed in temperatus etiam ex leui concupiscentia peccat, & quandoque etiam praenit. Et ideo Philosophus dicit in 7. Ethic. \* quod magis vituperatum vituperamus: quia non concupiscens vel quiete, i remissio concupiscens persequitur delectationes. Quid enim faceret, si abesset concupiscentia iuuenis?

ARTICVLVS IIII.

Utrum incontinentes tres sit peior, quam incontinentes concupiscentia.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod incontinentes



inira pro clariori intellectu litera, quod prima ratio, quare incontinens concupiscentia est turpior, consistit in hoc, quod motum ad irascendum ad irascendum est puritudo collata parui personi recepta. Conferre enim vni cum altero, rationis est: vel quoniam est vindicta, que est bonum secundum rationem, quia est bonum honestum. Sed ve in 7. Ethicorum dicitur, sicut exterius videmus, quod veloces ministri audiunt: Dominum imperantem, & precurrentes non percipiunt totum dominorum imperium: ita qui irascitur ex velocitate cholerae auditio obiecto rationi conformi, non expectat rationis forma, propter ad vindictam. Concupiscentia vero a sola boni delectabilis secundum sensum presentem ratione mouetur, nihil de conformitate ad rationem audiens: & propterea dicitur, quod in nullo sequitur rationis iudicium. Secunda autem de maiori naturalitate ira cum grano salis in litera apponitur, accipienda est, scilicet, quia naturalior est motus ira ex suo complexionali principio, quam motus concupiscentie ex suo complexionali principio. Nam ira consequitur cholerae, concupiscentia phlegma. Naturalis autem est, quod cholera proferat iram, quam quod phlegma concupiscentiam, quia magis in promptu est ira procelsum ex cholera, quam concupiscentia ex phlegmate, quia cholera est velocioris motus. Constat namque, quod ex velociori magis in promptu est progressus, quam ex tardiori, & sic est naturalior. Manifestatur autem ista maior naturalitas ortus ira, signo satis consono, quia scilicet frequentius cholera proferat iram in prolem, vt Aristoteles exemplis

ira sit peior, quam incontinens concupiscentia. Quanto enim difficilius est resistere passioni, tanto incontinentia videtur esse leuior. vnde Philosophus dicit 7. Ethic. \* Non enim si quis a fortibus & super excellentibus delectationibus vincitur, vel tristitij est admirabile, sed condonabile: sed sicut Eraclitus dixit, difficilius est pugnare contra concupiscentiam, quam contra iram, ergo leuior est incontinentia concupiscentia, quam incontinentia ira.

¶ 2 Præ. Si passio propter suam vehementiam totaliter auferat iudicium rationis, omnino excusatur aliquis a peccato, sicut patet in eo qui incidit ex passione in furiam: sed plus remanet de iudicio rationis in eo qui est incontinens ira, quam in eo qui est incontinens concupiscentia. Iratus enim aliquando audit rationem, non autem concupiscentia, vt patet per Philosophum in 7. Ethic. \* ergo incontinens ira est peior, quam incontinens concupiscentia.

¶ 3 Præ. Tanto aliquod peccatum est grauius, quanto est periculosius: sed incontinentia ira videtur esse periculosior, quia perducit hominem ad maius peccatum, scilicet ad homicidium, quod est grauius adulterium, ad quod perducit concupiscentia incontinentia, ergo incontinentia ira est grauior, quam incontinentia concupiscentia.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 7. Ethic. \* quod minus turpis est incontinentia ira, quam incontinentia concupiscentia.

RESPON. Dicendum, quod peccatum incontinentia potest considerari dupliciter. Vno modo, ex parte passionis ex qua ratio superatur, & sic incontinentia concupiscentie turpior est, quam incontinentia ira: quia motus concupiscentie habet maiorem ordinationem, quam motus ira. Et hoc propter quatuor, que Philosophus tangit in 7. Ethic. \* Primo quidem, quia motus ira participat aliquantulum rationem, in quantum scilicet iratus tendit ad vindicandum iniuriam sibi factam, quod aliquantulum ratio dicitur, sed non perfecte, quia non intendit debitum modum vindicte: sed motus concupiscentie totaliter est secundum sensum, & nullo modo secundum rationem. Secundo, quia motus ira magis consequitur corporis complexionem propter velocitatem motus cholerae, que tendit ad iram. Vnde magis est in promptu, quod ille qui est secundum

A complexionem corporis dispositus ad irascendum, irascitur, quam quod ille qui est dispositus ad concupiscendum, concupiscat. Vnde etiam frequentius ex iracundis nascuntur iracundi, quam ex concupiscentibus concupiscentes. Quod autem prouenit ex naturali corporis dispositione, reputatur magis venia dignum. Tercio, quia ira querit manifeste operari: sed concupiscentia querit latebras, & dolose subintrat. Quarto, quia concupiscentia delectabiliter operatur, sed iratus quasi quadam tristitia precedente coactus. Alio modo potest considerari peccatum incontinentie, quantum ad malum, in quo quis incidit a ratione discedens. Et sic incontinentia ira est vt plurimum grauior, quia ducit in ea, que pertinent ad proximi nocendum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod difficilius est assidue pugnare contra delectationem, quam contra iram, quia concupiscentia est magis conuulsa: sed ad horam difficilius est resistere ira propter eius impetum.

AD SECVNDVM dicendum, quod concupiscentia dicitur esse sine ratione, non quia totaliter auferat iudicium rationis, sed quia in nullo procedit secundum iudicium rationis, & ex hoc est turpior.

AD TERTIVM dicendum, quod ratio illa procedit ex parte coram, in que incontinens deducitur.

QVAESTIO CLVII.

De Clementia, & mansuetudine, in quatuor articulos diuisa.

**P**ROPTEREA considerandum est de Clementia, & Mansuetudine, & vitij oppositis.

CIRCA ipsas autem virtutes queruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum clementia, & mansuetudo sint idem.

¶ Secundo, Vtrum vtraque earum sit virtus.

E ¶ Tercio, Vtrum vtraque earum sit pars temperantie.

¶ Quarto, De comparatione earum ad alias virtutes.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum clementia, & mansuetudo sint penitus idem.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod clementia & mansuetudo sint penitus idem. Mansuetudo enim est moderatiua irarum, vt Philosophus dicit in

Secunda Secunda s. Thomae.

combrotat. In terra vero ratione ne fallaris, respicies ad ea que sunt per accidens, puta, scandalum aliorum ex manifesta iniuria, & pures oppositum eius quod in litera dicitur. Sed aduerte, quod iudicando actus secundum se, iniuriam primo dolose & occulte turpius est, quam iniuriam manifeste: quoniam hoc, scilicet manifeste agere ad quandam excellentiam spectat: latere autem ad quandam defectum. Ipsa enim latebra aretatur turpitudini operis iuxta Domini sententiam, Omnis qui male agit, odit lucem. Et per oppositum ipse modus agendi, scilicet manifeste, attestatur vere, vel apparenti rationi ex hoc ipso, quod lucem non refugit. Est ergo iuxta hanc tertiam rationem concupiscentia turpior, quam ira quo ad modum operandi per se loquendo. In quarta demum ratione aduerte, quod concupiscentia dicitur turpior, quia omnino voluntaria. Ira autem est in fine sit delectabilis, admissum tamen habet inuoluntarium principium, scilicet tristitiam ex paruitate receptione illarum. Et propterea quasi coactus dicitur.

¶ Super Questionis 157. Articulum primum.

IN articulo primo, questio. 157. dubium ex Martino occurrit, directe impugnantem in hoc articulo circa differentiam inter mansuetudinem, & clementiam in hoc, quod clementia circa diminutionem exterioris poenae, mansuetudo vero circa diminutionem passionis ira ponitur. Contra primo. Circa actum interiore, & exteriori sibi subordinatum, & ab eo imperatum non sunt ponenda duae virtutes: sed appetere vindictam, & inferre poenam, se habet sicut

Infr. arti. ad 2. Et 3. di. fin. 3. q. 5. artic. 3. q. 1. ad 2.